

1547. u. 26. Aprilis

Ad M. Arch: Stan: Aug: Reg:

Gratulatio à Sigismundo Primo Rege Polonia
Missa Carolo V. Cesari ob Victoriā de rebellibus
Almanis partam.

28

Stanislaus Dupa Wolski, Orsus dicere attonitus
obmutuit, a quo Cesar accepit chartam et legi coram
se fecit.

Sacra et Serenissima Imperatoria Majestas et Domi-
ne Domine Clementissime.. Serenissimus Princeps et
Dominus, Dominus Sigismundus Dei Gratia Rex
Polonia, Supremus Dux Lithuania et Dominus
meus Clementissimus, Sacram et Serenissimam
Majestatem Fratrem et consanguineum suum cha-
rissimum, et honorandum quam officiosissime saluta-
ri verbis suis jussit, Studium illi suum omniaque ami-
cipissimi Regis officia ~~desponsa~~ Defert, ac felicia iuncta ex
animo precatur et optat. Imprimis autem felicitatem
hanc Sacrae Majestati Vestrae plurimum gratulatur, quod
qui arma contra Sacram Majestatem Vestram move-
runt, eos quam fieri potuit minima sanguinis pro-
fusionē ita domuit, ut ultro se fere omnes officii
sui memores in Potestatem Sacrae Majestatis Ve-
stra tradiderint, atque imperata illius omnia fecerint.
Quae victoria Sacrae Majestatis Vestrae quantum minus
est cruenta, quanto etiam majore cum clementia lau-
de conjuncta tanto reddet nomen Sacrae Majestatis
Vestrae illustrius precatur Serenissimus Rex meus
ut haec felicitas, qua usa est adhuc Sacra Majestas
Vestra sit illi perpetua contra eos praecipue, qui se
crucis hostes profitentur, quo Sacra Majestas Ve-
stra paccatis in Germania rebus de illis quoque o-
ptatam

1547
ptatam Victoriam et triumphum reportare queat.